

V
C
5222^a



RECTOR ET CONSILIO ACADEMIAE VITEMBERGENSIS PUBLICUM,

CIVIBUS ACADEMICIS S. P. D.

Eflendus est Heros maximus, JOANNES GEORGIUS III.

P.R. ELECTOR. SAXO, si tamen satis defleri potest, qui summo in Deum

patriamque amore, omnes summas virtutes animo complexus, domi ac militiae, secundis adversisq; rebus, constantiam plane incredibilem probavit, gravissimisq; temporibus, & varia ancipitiq; fortuna, inter tot pericula & apparatus hostium, repentinaeque expeditiones & maximos motus, perturbato etiam reipublicae statu, nullum pro salute Germaniae, cuius semper fuit amantissimus, periculum recusavit. Dignus vita longiori Princeps, & si nostra Civiumque vota valuerent, prorsus immortalitate dignus, in primisq; Germaniae datus, ut labentem erigeret, lacesitamque ductu suo defenderet, atque ex periculo eruptam, consilio ac manu firmaret; non ad exigui usuram temporis, quo tantae fructum fortitudinis capere non potuit, sed ut tale gaudium stabile nobis & firmum, Saxoniæque perpetuum esset, ex quo utilitas ad omnem Germaniam, & inde ad Europam, qua meliorum ea partium est, redundaret. Simul atque enim principatum EL. iniit, & suis ipse auspiciis Saxoniam rexit, nullo, nemoris quidem, metu deterritus, rem publicam summa fide & constantia tuendam suscepit, non labori, neque valetudini suæ parcens, ut pro salute patriæ primus ipse hostibus se objiceret, vitamque, si usus veniret, profunderet; quod ei se debere, fidus Cæsari, fortisq; Heros non dixit magis, quam rebus factisq; demonstravit, nihil veritus aeris injurias, & totis diebus ac noctibus in castris versatus, nec Solis calore langvidus, cum stativa faceret, & frigoria assuetus, cum delectus haberet, finibusq; custodiendis intentus, ipsa etiam hyeme discriminis offerret. Quia constantia omnes vicit difficultates, & præivit aliis, consiliumq; probavit exemplo, vicinosque admonuit, ut posteritatis æque ac periculi communis rationem haberent, nec patientiam nunc proficere rebus suis cogitarent, quod hostis, rupto induciarum vinculo, totam prope Pannoniam obruisset, & arcem propugnaculumque libertatis, ipsamque adeo Augusti sedem, unde omnes jura peterent, obsedisset tam audacter & oppugnasset, non ignarus, perinde ut prima cesissent, fore deinceps universa. Plus præstitit SAXO, quam promisit, & rebus adhuc dubiis, implorato Dei auxilio, Cæsaris liberandi cogitationem suscepit, viresque omnes & auxilia gentis suæ contraxit, omissa velut ad tempus Saxonie cura, ut Austria, qua ex Vindobonæ salute pendebat, servaretur. Primus enim affuit, & famæ coepitisque instantium ratus, nihil raptim & turbate egit, sed celeri tamen repentoque consilio antevertit hostem, & nihil tale cogitantem adortus est, Cæciique montis aditus opinione citius in potestate habuit, percussisque subita aggressione barbaris, lætum vincendi omen accepit, & quod ingenui fatendum est, victoriæ initium fecit, ac revera inter primos libertatis propugnatores exxit, atque uno hoc prælio exitium & pestem a capitibus nostris, & omnium, qui post nos futuri sunt, auspicatissimus Dux avertit, Cæsaremque velut ab exilio in urbem festo solenniique comitatu, quod nulla posteritas sileat, reduxit. Pulsis jam profligatisq; barbaris, Viator rediit, sed victoria, quam Deo acceptam tulit, minime gloriatus est, reliquum vero tempus, quod breviori, quam optavimus, vita spatio natura circumscriperat, non otio aut somno transmisit, sed in arcto rerum cursu velitineribus, summa cum dignitate suscepit, vel venationibus, quas belli instar habuit, vel publicis, & profuturis patriæ consiliis feliciter impedit. Hæc assecuto, bellum in Rheni finibus gerendum restabat, in quo omnes quidem curas & cogitationes figebat heros, finitimasque urbes, eductis longo difficultique itinere copiis, firmabat, & regiones a milite inopes, omniq; præsidio vacuas, amicitia & charitate complexus, fata ruentis prope reipublicæ excipiebat, hostisque odio & ambitione infesti vires unus ille tunc distinebat, conatusque frangebat, & ne in viscera tenderet, in ipso, mirum, temporis articulo impediens. Magna hæc in patriam pietas, æternis celebranda monumentis est, cuius summaratio Heroi nostro constabat, qui cum justa Cæsaris iusta haud negligeret, tum patriæ utilitatem suæ prætulit, eaque salva, salvum se fore affirmavit, nec spe frustratus, auspicato movit ad Mœnum, adventuque suo urbem, cuius saluti metuebat, e periculo metuque obsidionis exemit, vicinosque incusso bellii terrore commotos & fractos erexit perinde ac confirmavit, quod rationibus Imperii non modo non alienum, sed necessarium quoque & in primis salutare fuit. Servato Francorum Vado, adituque Mœni defenso, viam munivit ad Rhenum, trajectoque amne, cum Cæsare, & federatis castra conjunxit, Moguntiamque aliquandiu circumfessam, & fauibus hostis eripuit, omniumque studia & animos in se convertit, qui longo belli usu periti, rectissime de eo existimabant, nec minus præsentia ipsis, quam fortitudine lætabantur. Qvorum memoria factorum non exolefecit apud posteros, neque obscurabitur obliuione temporum, gratos autem piosque cives ad cultum admirationemque excitabit, Vos maxime, qui fide mutuisque officiis conjuncti, miseram patriæ vicem intelligitis nobiscum ac doletis, Principemque alienissimo reipublicæ tempore ereptum, comploratis pariter ac desideratis, quippe qui Patris indulgentissimi partes numerosque explevit, & omnes adeo curas ad propugnandam patriæ salutem contulit, nec iniqua belli conditione de consilio & sententia hac deductus est, Cæsarique pia & justa arma capienti tam charus fuit & obsequens, ut in proximo ad Rhenum bello, primas ei, nullo repugnante, & magno quoque cum applausu Principum, deferret, tum ob propensam voluntatem, & suffragium creando inaugurandoque Romanorum Aug. Regi Josepho prolixe libenterque datum, certe plurimum ipsi debere se ulro fateretur. Quo argumento quid temporis conveniat, abunde liquet, nec verbis declaramus, cum pro sua quisque parte reputet Herois merita & recognoscatur, Vos autem acque nos, tangat Divi PR. EL. obitus, officiumque depositat, ut maximo atque intimo animi dolore affecti, pietate, modestia, habitu communem patriæ luctum decente, vitam agatis, luxu & ornamento abstinatis, partesque has pro eo ac Cives debent, digne ac reverenter vobis tuerendas esse, vel Academiæ, quam ornavit, causa, grati memoresque, etiam non admoniti sciatis. P.P. Ipso MICHAELIS anniversario sacro, Anno recuperatae salutis, M. DC. XC.



FK/C 5229a

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF HANNOVER

GERMANY

1993-01-01

1993-01-01

1993-01-01

1993-01-01

1993-01-01

1993-01-01

1993-01-01

1993-01-01

1993-01-01

1993-01-01

1993-01-01

1993-01-01

1993-01-01

1993-01-01

1993-01-01

1993-01-01

1993-01-01

1993-01-01

1993-01-01

1993-01-01

1993-01-01

1993-01-01

1993-01-01

1993-01-01

1993-01-01

1993-01-01

AC

ULB Halle
004 788 613

3





CONSLIUM

ABERGENSIS PUBLICUM,

ACADEMICIS S. P. D.

IS, JOANNES GEORGIUS III.

, si tamen satis defleri potest , qvi summo in Deum animo complexus , domi ac militiae , secundis adversisqve rebus , isfimisqvetemporibus,& variaancipitiqve fortuna,inter tot pericula ones& maximos motus, perturbato etiam reipublicae statu , nullum ricum recusavit.

s, in primisqve Germaniae manu firmaret; non ad eobis & firmum , Saxoniae tertium est, redundaret. S u deterritus, rem publicam triæ primus ipse hostibus dixit magis, qvam rebus dis calore langvidus, cum veme discrimini se offerre conuit, ut posteritatis æq ostis, rupto induciarum vi sedem, unde omnes juris univerfa. Plus præstit scepit, viresqve omnes pendebat, servaretur. Pr inoqve consilio anteverit, percussisqve subita aggis propugnatores exitit, atqve in festo solenniique comitatu, qvod tempus, qvod breviori , qvam otis, vel venationibus, qvas belli in videm curas & cogitationes figebatitate complexus, fata ruentis proprum, temporis articulo impediebat, tum patriæ utilitatem suæ pr netuqve obsidionis exemit, vicin & in primis salutare fuit. Servato aliquandiu circumfessam, e fauile fortitudine latabantur. Qvorum excitabit, Vos maxime, qvi fidem



Princeps , & si nogeret, lacesitamqve , qvo tantæ fructum ex qvo utilitas ad oipatum EL. iniit , & antia tuendam susce si usus veniret, profit , nihil veritus aeris oriasvetus, cum dele es vicit difficultates, rationem haberent, noniam obruiisset, & am audacter & oppunit, & rebus adhuc du contraxit, omissa velut hæ coepitisqve instanc cogitantem adortus am vincendi omen ac capitibus nostris, & omnium, is jam profligatisq; barbaris, Vi circumscriperat, non otio aut futuris patriæ consiliis feliciter actis longo difficiliqve itinere re odio & ambitione infesti vi aternis celebranda monumen affirmavit, nec spe frustratus, otos & fractos erexit perinde ac xeni defenso, viam munivit ad studia & animos in se convertit, cet apud posteros, neqve obscuram patriæ vicem intelligitis no

pariter ac desideratis, qvippe qvi Patris indulgentissimi partes numerosqve explevit, & omnes adeo & sententia hac deductus est, Cæsariqve pia & justa arma capienti tam charus fuit & obsequens, ut usu Principum, deferret; tum ob propensam voluntatem, & suffragium creando inaugurodoque se utro fateretur. Qvo argumento quid tempori conveniat, abunde liquet, nec verbis declarare nos, tangat Divi PR. EL. obitus, officiumqve deposcat, ut maximo atqve intimo animi domini & omni ludicro abstineatis, partesqve has pro eo ac Cives debent, digne ac reverenter vobis tueri sciatis. P.P. Ipso MICHAELIS anniversario sacro, Anno recuperatae salutis, M. DC. XCI.